

es corrigitar potuit
 fallor lector
 mus flagra pati
 res q̄a longabear.

sumus. cito uitia sentimus. Sed nemo dicit figulo.
 quid me fecisti sic. Nam & si uile uas nostrum. aliud
 tamen in honore. aliud ^{noli te} in contumelia est. Noli ergo
 aperire lacum tuum. Noli se dari uitis atq; criminib.
 nequis dicat. lacum aperuit & effodit eum. Incidit
 infoueam quam operatus est. Si n̄m queris. contritos
 lacus desere. Xps enim non ad lacum. sed apud puteum
 sedere consuevit. Ibi eum samaritana illa que credidit.
 illa que aquam haurire cupiebat. Inuenit. Quam
 uis mane venire debueris. tamen & iam si serius vene-
 ris. & iam sexta hora. īm fatigatum extiterit. Inue-
 nies. Fatigatus est. sed in te quia te diu que siuit.
 Tua illum tam diu incredulitas fatigauit. Non offen-
 ditur tamen si modo uenias. p̄tibi bibere. daturus.
 Bibit aut̄. non aquam p̄ter meatus riuuli. sed salutē
 tuam bibit. Affectum tuum bibit. calicem. hoc est
 passionem illam. tuorum criminum redemptricem.
 ut tustam istius mundi. sacro potus cruore refungas.
 Sic abraham d̄m postea quam ^{purior} fodit emeruit. sic isaac
 dum ad puteum deambulat. uenientem illam in typo
 ecclesie. accepit uxorem. Fidelis ad puteum. Infidelis